



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1860**

LXXXVI. Markgraf Ludwig verspricht der Stadt Königsberg, daß ihr nach der Auslösung von Schwedt aus dem Besitz des Herzogs Barnim die Zollhebung zu Schwedt auf 10 Jahre überlassen werden soll, am 10. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

LXXXV. Markgraf Ludwigs des Aelt. Verschreibung über die der Stadt Königsberg zuständige Zollfreiheit in der Mark Brandenburg, vom 4. Oktober 1351.

Nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie Dux, Tyrolis et Goritie Comes, nec non Aquilegensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum Advocatus, Vice et nomine nostri magnificorumque fratrum nostrorum dilectorum Ludovici Romani et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, ac heredum nostrorum, profitemur publice per presentes, quod Prudentibus viris Consulibus et universitati Civitatis Koningesberch, fidelibus nostris dilectis, presentibus et futuris, meritorum suorum fidelium nobis exhibitorum et in posterum fideliter exhibendorum Consideratione, talem gratiam facimus per presentes, ut ubicunque ipsi vel eorum Concives in perpetuum cum suis mercimoniis per terras nostras Marchie Brandenburgensis transierint, videlicet per Civitates, Oppida et villas, per aquas Odere, Habil vel Albee et simpliciter per omnia loca predictarum terrarum nostrarum, ascendendo et descendendo, de omni donatione theolonei fore debeant undique supportati, Mandantes obinde universis et singulis theolonariis per terras nostras predictas Marchie constitutis et qui pro tempore fuerint, nostre gratie sub obtentu, ne contra presentem gratiam ipsis factam aliquod theoloneum ab ipsis recipiant, exigant vel requirant, seu recipere, exigere vel repetere audeant vel presumant aliquid in futurum. Quam quidem gratiam premisse Civitati fecimus et facimus obinde, quod Illustrium Principum Marchionum Brandenburgensium, Predecessorum nostrorum, litteras vidimus, super predicta gracia efficaces seu notabiles, quod de jure sepedicta gracia frui debeant et gaudere secundum continentiam earundem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus strenuis viris Friderico de Lochen, Capitaneo nostro Marchie, Wolfhardo de Satzenhofen, Corie nostro Magistro, Hassone Seniore, Hassone de Valkenborch, dictis de Wedel, Petro de Breydow, Johanne de Rochow, Militibus, et Ottone Morner cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Koningesberch, Anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, in die beati Francisci Confessoris.

Aus der Gundling'schen Urkunden-Sammlung Mspt. III, 2. S. 228 und dem Königsberger Copialbuche No. 48, mit dem im Königsberger Stadtarchive unter No. 62 aufbewahrten Original übereinstimmend.

LXXXVI. Markgraf Ludwig verspricht der Stadt Königsberg, daß ihr nach der Auslösung von Schwedt aus dem Besitz des Herzogs Barnim die Zollhebung zu Schwedt auf 10 Jahre überlassen werden soll, am 10. Oktober 1351.

Nos ludewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatie marchio etc., Nostro et fratrum nostrorum dilectorum Ludewici romani et ottonis, marchionum brandenburgensium, nomine publice profitemur in hiis scriptis, Quod discretis viris Consulibus civitatis nostre konin-



gesberg, fidelibus nostris dilectis, Contulimus et presentibus conferimus theloneum opidi nostri Zwet cum omnibus iuribus, graciis, honoribus et utilitatibus ad ipsum pertinentibus ex debito et ex iure, dum primum dictum opidum nostrum ab auunculo nostro dilecto Barnym, duce stetenensi, exfoluerimus seu rehabuerimus Et postquam anni relicte iohannis Beyer pie memorie et suorum heredum expirauerint, habendum, tenendum, regendum et pacifice per decem annorum spacium deinde immediate succedendum possidendum, Sub eodem censu annuo, videlicet quadragintarum marcarum Brandenburgensium, quas nobis singulis annis integraliter presentare omnimode tenebuntur et sub omni modo, forma et condicione, quibus prefata relicta et sui heredes antedictum theloneum nunc possident. Si uero per Gwerrarum materias idem theloneum peiorari seu minorari forsitan contingeret in futurum, pro tunc ipsis Consulibus in censu suo debito nobis dando de eodem facere debebimus graciose, post lapsum vero premissorum annorum nobis facultatem disponendi cum dicto theloneo referuamus pro nostre libero voluntatis. In cuius rei testimonium Siggillum nostrum presentibus est appensum, Presentibus strennuis uiris friderico de lochen, nostro Capitano, Hassone seniore, Hassone de valkenborch, dictis de Wedel, Laurencio grifkonis de grifenberch, militibus, henningho de blankenborch, ottone morner cum ceteris pluribus fide dignis. Datum koningeburg, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo primo, feria secunda proxima ante festum beati galli confessoris.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 37, mit dem im Königsberger Stadtarchive No. 59 aufbewahrten Originale übereinstimmend.

LXXXVII. Markgraf Ludwig der Aeltere hält wegen seiner Schulden Abrechnung mit der Stadt Königsberg und verpfändet ihr den Zoll zu Schwedt, am 13. November 1351.

Nos Ludovicus etc. prostemur publice, quod discretis uiris consulibus ciuitatis koningeburg iuxta ritam computacionem ipsorum, nobis factam hodierno die, in C et L talentis denariorum Brandenburgensium obligamur, que ipsis, dum requisiti fuerimus, cum beniuolencia perfoluere promittimus per presentes. Debebunt quoque omnes alie littere debitorum seu obligacionum, si quas haberent nostro nomine, nullius fore roboris uel momenti. In cuius etc. Datum koningeburg, Anno LI<sup>o</sup>, in die beati Brixii confessoris.

Nota. Collacionem thelonii in Zweth, factam ciuitati koningeburg, inuenies in registro Jagow circa numerum XXXII.

Aus v. Sachwitz'scher Abschrift.